

LIBRI
CONFIRMATIONUM

AD BENEFICIA ECCLESIASTICA PRAGENSEM PER
ARCHIDIOECESIM.


LIBRI PRIMI PARS ALTERA
AB ANNO 1363 USQUE AD ANNUM 1369.

SUMPTIBUS
SOCIETATIS HISTORICAE PRAGENSIS (SPOLEK HISTORICKÝ V PRAZE)

EDIDIT

JOS. EMLER,
PH. DR. PRAEFECTUS ARCHIVI REG. CIV. PRAGENSIS.

I. h. 242/2.



PRAGAE
TYPIS GRÉGERIANIS.
1874.

4.793

1823/4

Anno [MCCC] sexagesimo tercio.

E, V. — **Curia.** — Die 29 mensis Decembris [1362] dominus Jacobus presbyter de Vstz, presbyter Pragensis diocesis, ad presentationem domini Burkardi, purgrauii Maydburgensis, magistri curie imperialis, nomine domini imperatoris factam ad ecclesiam in Curia per mortem Nicolai olim ipsius rectoris vacantem per dominum archiepiscopum sub data Prage fuit institutus fuitque sibi plebanus in Miletin pro executore deputatus.

Skopcz. — Eadem die Martinus professus monasterii Sderaziensis vacante prepositura ad presentationem prioris et conuentus eiusdem monasterii ad ecclesiam in Skopcz vacantem ex eo, quod Vhricus olim ipsius rector ecclesiam parrochiam in Truthnow est assecutus pacifice, per dominum archiepiscopum sub data Prage fuit institutus, fuitque sibi plebanus in Miesticz pro executore deputatus.

Radonow. — Die penultima mensis Decembris Jacobus de Rzczicz presbyter ad presentationem et petitionem Diuissii et fratrum eius clientum de Chlum ad ecclesiam in Radonow per mortem Petri olim ipsius rectoris vacantem per dominum archiepiscopum sub data Prage fuit institutus, fuitque sibi plebanus in Smardow [?] pro executore deputatus.

Rupertiulla. — Eadem die Vhricus de Biela presbyter ad presentationem et petitionem Diuissii abbatis de Breunouia ad ecclesiam in Rupertiulla vacantem ex eo, quod vltimus ipsius rector aliam ecclesiam parrochiam est pacifice assecutus, per dominum archiepiscopum sub data Prage fuit institutus, fuitque sibi plebanus in Brunow pro executore deputatus.

Borzieiow. — Die qua supra Wencezlaus Machaczonis de Duba ad presentationem et petitionem Sdenconis dicti Clumacz de Bozcow ad ecclesiam in Borzieiow per mortem Cunczlini vacantem per dominum archiepiscopum sub data Prage fuit institutus, fuitque sibi plebanus in Chotyetaw pro executore deputatus.

Krzyecz hora. — Nos Arnestus dei et apostolice sedis gracia sancte Pragensis ecclesie archiepiscopus notum facimus vniuersis presentes literas inspecturis, quod nos ad presentationem et petitionem honorabilis viri Przybislay, correctoris cleri per diocesim nostram, Vlrici canonici ecclesie Sti Egidii Pragensis, Alberti notarii actorum curie nostre archiepiscopalis nec non Henzlini procuratoris eiusdem curie nostre archiepiscopalis, procuratorum et nomine procuratorio discreti viri Alberti, altariste altaris SS. Simonis et Jude alias Philippi et Jacobi apostolorum in ecclesia nostra Pragensi predicta, in ecclesia in Krzyecz hora per mortem Hermannii vltimi et immediati dicte ecclesie rectoris vacante, in qua idem Albertus altarista juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum Petrum de Pohnan clericum nostre Pragensis diocesis, exhibitorem presencium, crida seu proclamacione premissis rectorem legitimum instituimus et plebanum, ipsumque de predicta ecclesia cum omnibus iuribus et pertinenciis suis inuestiuimus et presentibus inuestimus, curam animarum et regimen dicte ecclesie eidem Petro committimus, ipsum ad eandem confirmantes. In cuius rei testimonium presentes literas fieri et sigillorum nostrorum impensione fecimus communiri. Datum Prage anno domini millesimo ccc^o lx iii^o die II mensis Januarii.

E, VI. — Sopot. — Die secunda mensis Januarii Basco presbyter de Seslauicz ad presentationem Johannis dicti Kokot de Sobienow militis ad ecclesiam in Sopot per resignacionem Nicolai olim ipsius plebani in manibus dominorum factam per dominum archiepiscopum sub data Prage fuit institutus, fuitque sibi plebanus in Fonte pro executore deputatus.

Borowan. — Die tertia mensis predicti Martinus olim plebanus in Wazan Olomucensis diocesis ad presentationem dominorum Petri et Judoci ceterorumque fratrum de Rosnberg ad ecclesiam in Borowan ex causa permutacionis cum Johanne olim ipsius plebano sub data Prage per dominos vicarios fuit institutus, fuitque sibi plebanus in Szczepanow pro executore deputatus.

Bielcz. — Die VII mensis Januarii Andreas de Pieska presbyter ad presentationem domini Burkardi, purgrauii in Meyndburg, nomine domini imperatoris in remotis agentis factam ad ecclesiam in Bielcz per liberam resignacionem Jacobi olim ipsius ecclesie plebani in manibus vicariorum factam per ipsos dominos vicarios sub data Prage fuit institutus, fuitque sibi plebanus in Vnhoscz pro executore deputatus.

Mynicz. — Die nona mensis Januarii Andreas de Bielczicz presbyter ad presentationem Szame et Pesconis clientum de Mynicz et Jurziconis plebani in Lacu in Praga ad ecclesiam

ibidem in Mynicz per mortem Michconis vltimi rectoris vacantem fuit institutus per dominos vicarios sub data Prage, fuitque sibi plebanus in Wysseticz pro executore deputatus.

Læta curia in Praga. — Eadem die Johannes Peslini de Nouo foro clericus Wratislaviensis diocesis ad presentationem et petitionem Jaxonis dicti Polk et Wenczelai Genneri (?) civium Pragensium ad altare vacans beate Virginis in ecclesia ante Letam curiam per mortem Jaxonis vltimi rectoris per dominos vicarios sub data Prage fuit institutus, fuitque sibi plebanus ibidem in Leta curia pro executore deputatus.

Mons Sti Jacobi. — Die 13 mensis Januarii d. Nicolaus dictus Holgut ad present. d. Wenczelai abbatis Czedlicensis ad eccl. in Monte Sti Jacobi per mortem Henrici vac. fuit institutus. Exec. pleb. in Cirquiez.

Chwoyna. — Eadem die Albertus de Nechwalicz presb. ad present. Hermannii et Conradi de Kozle et Martini de Zwerzenicz clientum ad eccl. in Chwoyna per mortem Suasconis vac. fuit institutus. Exec. pleb. in Wadislauicz.

Kopanyna. — Eadem die Jacobus Wenczelai de Pabienicz ad eccl. in Kopanyna vac. per mortem Martini fuit institutus. Exec. pleb. in Libocz. Sed literas non recepit confirmacionis. Item die 11. Marcii recepit literas ad present. Johannis de Smylouicz clientis, sed die penultima Februarii d. Wratiwogius Pragensis decanus consensit, quod confirmacionis literas reciperet, saluo tamen ipsis iure proprietatis.

Kostelec. — Die 16 Januarii Johannes presb. Lydconis de Vnhoscz ad present. d. Purkardi comitis, purgrauii Maydurgensis, magistri curie imper., nomine d. imperatoris ad eccl. in Kostelec per mortem Theodrici vac. fuit institutus. Exec. pleb. in Waldnberg.

Billungiuilla. — Eadem die Johannes Petrmanni de Hermansseyfin ad present. d. Bolkonis ducis Swydnicensis nomine d. imperatoris ad eccl. in Billungiuilla per mortem Johannis vlt. r. vac. fuit institutus. Exec. pleb. in Cotwicz.

Kozoged. — Eadem die Stanislaus presb. de Mylawecz (?) ad present. Brzenconis et Pothe fratrum de Swyhow clientum ad eccl. in Kozoged per mortem Conradi vac. fuit institutus. Exec. pleb. in Ogenicz.

Lhota. — Die 23 Jan. Laurentius de Bydzouia presb. ad present. d. Boczkonis de Podiebrad ad eccl. in Lhota alias Regisuado per assecucionem alterius beneficii Bohunconis vac. fuit institutus. Exec. Vitus pleb. in Nevmburga.

Zelcz. — Eadem die Jacobus de Raconik presbyter ad present. d. Wylhelmi de Skala ad eccl. in Zelcz per mortem Przibiconis vac. fuit institutus. Exec. pleb. in Syrzen.

Brzieza. — Die predicta Stiborius de Dub presb. ad present. Donati dicti Rost ciuis Maioris ciuit. Prag. ad eccl. in Brzieza per mortem Augustini vac. fuit institutus. Exec. pleb. in Slussticz.

Babicz. — Die qua supra Tasso de Skalicz presb. ad pet. Mathie de Babicz clientis ad eccl. in Babicz ibidem per mort. Ade vac. fuit institutus. Exec. pleb. in Boharin.

Luzicz. — Die 25 mensis prefati Ratmyrus de Swieticz presb. ad pet. Ottonis et Henrici de Luzicz clientum ad eccl. ibidem in Luzicz per mort. Martini vac. fuit institutus. Exec. pleb. in Chucz.

Podskal Pragæ. — Die 28 Jan. Luduicus dictus Coyata presb. de Wysegrado ad eccl. Sti Johannis in Podskalo per mortem Welconis vac. ad present. Borzute de Colessouicz et Petri dicti Probost nepotis sui clientum fuit instit. Exec. pleb. Sti Antonii in Podskalo.

Martiniuilla. — Die 30 Jan. ad present. d. Diuissii abbatis Breunouiensis ad eccl. in Martiniuilla per mort. Henrici vac. Hermannus de Brumow presb. fuit institut. Exec. pleb. in Schonow.

Oknicz. — Die 30 Jan. ad present. Henrici pleb. in Vdlicz ad eccl. in Oknicz per mort. Stephani vac. Nicolaus Johannis de Brzieza clericus fuit instit. Exec. pleb. in Birkna.

Obora. — Eadem die ad present. dd. Wratiwogii decani et capituli eccl. Prag. ad eccl. S. Johannis in Obora per resignac. Johanonis vac. Mauricius de Liben presb. fuit instit. Exec. pleb. in Hradezano.

Rosperg. — Die 1 Februarii Laurencius quondam Merklini de Bidczovia presb. ad present. Johlini precentoris in castro Prag. de mandato d. Purchardi comitis, magistri curie imper., nomine d. imperatoris factam ad eccl. in Rosperg per mort. Nicolai vac. fuit instit. Exec. pleb. in Mezerzicz.

Nedwiedz. — Eadem die Adalbertus pleb. olim in Domassin fuit instit. ad eccl. in Nedwiedz, sed literas institutionis non recepit. Exec. pleb. in Skalicz. Item die 20 mensis supradicti recepit literas confirmacionum ad present. Bernhardi prepositi ord. Premonstr.

Neprziuecz. — Die 6 Febr. Jarco (?) de Hlohouicz presb. ad present. nobil. Petri et Marquardi de Wartmberg alias de Kost ad eccl. in Neprziuecz per mort. Pauli vac. fuit instit. Exec. pleb. in Sobotka.

Strzyedka. — Eadem die Wysko professus mon. Milocensis ad present. Nicolai abbatis ibidem in Myelusk ad eccl. in Strzyedka per resign. Wenczlai vac. fuit instit. Exec. pleb. in Luticz.

Langnow. — Die 7 Jan. Jacobus de Luna presb. ad present. Bohunconis de Clinginsteyn militis ad eccl. in Langnow per mort. Nicolai vac. fuit instit. Exec. pleb. in Stolpna.

Wolfardiulla. — Eadem die Waltherus de Lipa presb. ad present. Bohunconis de Clinginsteyn et Pothonis de Zandaw militum ad eccl. in Wolfardiulla vac. per resign. Jacobi fuit instit. Exec. pleb. in Zandaw.

Starkocz. — Die qua supra Gallus de Suietla presb. ad present. Swathoborii de Busawna clientis ad eccl. in Starkocz vac. ex eo, quod Petrus olim ipsius eccl. pleb. infra annum ad omnes sacros ordines se non fecit promoveri, fuit institutus.

Busperg. — Die 8 Febr. Conradus de Melnik presb. ad present. Anne abbatisse in Wrawintal ord. Cisterc. ad eccl. in Busperg vac. ex eo, quod Johannes olim pleb. aliam eccl. parroch. in Boeuic (?) pacifice est assecutus, fuit instit. Exec. pleb. in Brnaslaus.

Kogicz. — Die 9 Febr. Hasco presb. de Zwyrzenicz ad present. abbatis Czedlicensis ad eccl. in Kogicz per mort. Chwalonis vac. fuit instit. Exec. pleb. in Zdechouicz.

Repczicz. — Eadem die Wenczlaus presb. de Praga ad present. Johannis, Conradi, Gerungi, Petri, Henrici et Johannis fratrum dictorum de Lom in eccl. in Repczicz per mort. Sdenconis vac. fuit instit. Exec. pleb. in Smyrzlicz.

S. Egidii Prage. — Arnestus etc. Stiborio Andree de Suchdol clerico dioc. Prag. salutem. — Canonicatum et prebendam in eccl. S. Egidii Prag. per mort. Ulrici vac., cuius collacio ad nos ratione archiepisc. nostri Prag. pertinere dinoscitur, (tibi) conferimus teque de ipsis inuestimus. In cuius rei etc. Datum in Lewyn a. d. M^occc^olxiii^o die ultima Januarii.

S. Nicolai in Praga. — Die 3 Febr. Nicolaus de Praga presb. ad present. Johlini Stuk ciuis Prag. ad altare S. Crucis in eccl. S. Nicolai Maioris ciuit. vacans per mort. Johannis Episcopi, cuius collacio ad ipsum Johlinum pro hac vice spectat ex eo, quod est senior filius Alberti quondam Stuk ciuis Prag., fuit instit. Exec. pleb. S. Castuli.

Sonfelt. — Die 10 Febr. Litoborius presb. de Praga ad present. Zbinconis de Ronaw militis ad eccl. in Sonfelt per mortem Drzconis vac. fuit instit. Exec. pleb. in Przibislaus.

Strenicz. — Die 11 Febr. Symon de Kostomlat presb. ad present. d. Petri dicti de Michalsperg et Petri militis de Nymiczicz ad eccl. in Strenicz vac. per mort. Nicolai fuit instit. Exec. decanus Kamenicensis.

Cunczindorf. — Die 13 Febr. Nicolaus de Glacz ad present. Johannis de Byla militis ad eccl. in Cunczindorf

per resign. Johannis olim ips. plebani vac. fuit instit. Exec. dec. Glacensis.

Gyndicz. — Eadem die Johannes Ditlini de ganouicz ad present. Michahelis prioris de Carthusia ad eccl. in gindicz per resign. Alberti olim pleb. vac. fuit instit. Exec. pleb. in Janouicz.

Sebierzow. — Die 17 Febr. Zdimirus de Hor presb. ad eccl. in Sebierzow fuit instit. ad present. Wilhelmi dicti Trdon, Busconis et Vlrici fratrum de Sebierzow per mort. Benessii vac. saluo tamen iure d. Benessii de Wlassim, si se probauerit conpatronum, ponetur eciam in confirmacione, literas vero institucionis non recepit. Exec. pleb. in Karrmberg. Detur confirmacio gratis.

E. VII. Sandow. — Die 25 Febr. Nicolaus de Sandow presb. ad present. Jesconis pleb. in Lipa ad eccl. in Sandow per mort. Michahelis vac. fuit instit. Exec. pleb. in Stolpna.

Zelonicz. — Die 20 Febr. Vlricus de Stancouicz presb. ad present. d. Karoli imper. ut regis Boem. ad eccl. in Zelonicz ex eo vac., quod Luborius aliam eccl. in Kosteletz est assecutus, fuit instit. Exec. pleb. in Knouicz.

Montes Cuthni. — Eadem die Bartholomeus presb. de Swydnicz ad altare SS. Egidii et Procopii in eccl. S. Marie in Montibus Cuthnis ad present. Frenclini et Vincencii fratrum dictos Bauaros ciues (sic) in Montibus per resign. Henrici vac. fuit instit. Exec. pleb. eccl. S. Marie eiusdem.

Muta. — Eadem die Zacharias presb. de Longauilla ad present. Petri et aliorum fratrum de Rosmberg ad eccl. in Muta per mort. Blahe vac. fuit instit. Exec. pleb. in Czrhonicz.

Trzyebonyn. — Die 23 Febr. Wencezlaus Bartossonis de Horzieslaucz cler. Prag. dioc. ad present. Przibezonis militis de Pabienicz et Dabrosconis de Trzyebonyn (ad eccl. in Trzyebonyn) per obitum Friczconis vac. fuit instit. Exec. dec. Czaslauiensis.

Colowrat. — Die penultima Febr. Bohunco olim minister misse defunctorum in eccl. Prag. de consensu Johannis militis de Colowrat ad eccl. ibidem ex causa permutacionis facte cum Johanne olim ipsius pleb. vacantem fuit instit. Exec. pleb. in Kralouicz.

Probostow. — Die ultima Febr. Bernhardus cler. de Teczin ad present. Benessii de Wartmberg domini in Teczin ad eccl. in Probostow per mort. Johannis vac. fuit instit. Exec. pleb. in W.

Czekeczicz. — Eadem die Duchco Nedwyedonis cler. de Naczeracz ad present. Onssonis clientis de Lhoticz dicti Thuxa ad alt. S. Dorothee in eccl. in Czekeczicz per ipsum de nouo

fundatum et dotatum fuit instit. Exec. pleb. in Borownicz aut ipsius vices gerens.

Gumpolcz. — Die 3 Marcii Wykardus profess. mon. Syloensis ad present. abbatis Syloensis ad eccl. in Gumpolcz per resign. fratris Nicolai olim pleb. vac. fuit instit. Exec. pleb. eccl. S. Petri ante Syloam.

Dobrzienicz. — Eadem die Hrocho Sbitignei de Kossicz ad eccl. in Dobrzyenicz, per mort. Johannis vac., fuit instit. Literas non recepit. Exec. pleb. in Lipczicz.

Gyrzicz. — Die 6 Marc. Mathias profess. mon. Siloensis ad present. abbatis eiusdem mon. Syloensis ad eccl. in Gyrzicz per resign. Czenconis vac. fuit instit. Exec. pleb. in Brzyess.

Waltheriuilla. — Eadem die Nicolaus dictus Czulman cler. ad eccl. in Waltheriuilla ad present. Bolkonis ducis Swydnicensis nomine d. imperat. factam fuit instit. vac. per mort. Johannis. Exec. pleb. in Fridlant.

Domassin. — Eadem die Benessius presb. de Semptyen [?] ad present. Bernhardi, prepositi Lunouicensis, ad eccl. in Domassin vac. ex eo, quod Albertus olim ips. rector eccl. paroch. in Nedwyedicz est assecutus, fuit instit. Exec. pleb. in Wlassim.

Przibislauicz. — Eadem die Johannes de Glathouia cler. ad present. Conradi, commendatoris domus S. Benedicti in Praga, nomine Rudolphi de Hohmberg, prouincialis per Boem. et Morauiam, factam ad eccl. in Przibislauicz per mort. Conradi vac. fuit instit. Exec. pleb. in Pirzhow.

Russina. — Die 10 Marc. Wencezlaus Franconis de Racownik ad present. militis Smylonis de Crakow ad eccl. in Russina per mort. Miroslai vac. fuit instit. Exec. pleb. in Vgezd.

Dirchlauia. — Die 11 m. predicti Hanco de Toczin presb. ad present. Sobiehardonis militis de Drzyewysicz ad eccl. in Dirchlauia per mort. Andree vac. fuit instit. Exec. pleb. in Duba.

Bukowsk. — Die 13 Marc. Johannes cler. Prag. dioc. ad present. Alberti episcopi Zwerinensis, domini de Sternberk, ad eccl. in Bukowsk per adeptionem alterius beneficii Zifridi presb. Olom. dioc. vac. fuit instit. Exec. pleb. de Duba.

Zelina. — Die 13 Marc. Frenclinus olim pleb. in Vstrasin ad eccl. paroch. in Zelina ex causa permut. cum Nicolao pleb. ibidem de consensu Purkardi prepositi Wissegrad. nec non purkrauui Meydburgensis nomine Karoli imper., dicte eccl. patroni, vac. fuit instit. Exec. pleb. in Kadano.

Vstrassin. — Die 13 Marc. Nicolaus olim pleb. in Zelina ad eccl. parr. in Vstrassin ex causa permut. cum Frenclino olim pleb. ibidem de consensu Marssonis ibidem de Vstrassin, ipsius eccl. patroni, vac. fuit instit. Exec. pleb. in Stempfelf.

Wsseborgsko. — Die prima Marci Odolenus Bonczonis, canonicus Boleslaviensis, ad present. Bonczonis de Wrssecz, tutoris Bonczonis, Habardi, Sdenconis et Naczconis filiorum olim Naczconis de Wrssecz et Margarethe relicte dicti Naczconis, Arnesti de Litkouicz, Sweticze relicte olim Sdenconis de Litkouicz, Cunssonis et Sdenconis filiorum dicte Sweticze, Bohunconis dicti Bosta de Malobratrzicz, Biethe de Litkouicz relicte olim Vlrici de Litkouicz matris filiorum Jarossii et Chunssonis ibidem nec non Nicolai de Obrubecz clientum ad eccl. in Wsseborzk per mortem... (sic) vac. fuit instit. Exec. pleb. in... (sic)

Dobrzan. — Die 12 Marc. Gregorius presb. de Przelucz ad eccl. parroch. in Dobrzan per mort. Nicolai vac. ad present. nobilis Zezeme de Dobrusca fuit instit. Exec. pleb. in Zrawur.

Pirka. — Die 14 Marc. Johannes de Sletnik cler. ad present. Johannes et Hinczonis de Almsdorf clientum ad altare S. Erasmi in eccl. in Pirka per ipsos de nouo fundatum fuit instit. Exec. pleb. in Jurkow.

Olesnicz. — Die 17 Marc. Johannes de Skalicz cler. Prag. dioc. ad eccl. vac. in Olesnicz per mort. Benede fuit instit. Exec. pleb. in Liebenstad. Sed literas non recepit confirmac. et dom. decreuit, quod ille, qui habet quartam partem iuris patron., si in ipsum consentire uellet, ipsum eciam uellet in confirmacione ponere.

Suticz. — Die 20 Marc. Johannes presb. de... (sic) ad present. Herardi et Sdenconis militum fratrum de Suticz ad eccl. ibidem in Suticz per mort. Maczconis vac. fuit instit. Exec. pleb. in Weliss.

Radonyn. — Eadem die Petrus de Czekczicz presb. ad present. Margarethe mulieris et Johannis ac fratrum ipsius Johannis clientum de Radonyn ad eccl. ibidem in Radonyn per mort. Martini vac. fuit instit. Exec. pleb. in Hrob.

Tuhan-Vhrzinawes. — Die 24 Marc. Rydlinus olim pleb. in Vhrzynawes ad eccl. in Tuhan de consensu archiepisc. Prag. et Paulus olim pleb. in Tuhan ad eccl. in Vhrzinawes de consensu Galli de Lemberg prioris domorum ord. S. Johannis Iherosolym. hospitalis virtute permut. fuerunt translati. Exec. plebani in Robecz et in Kralouicz.

Zaburnycz. — Die 10 April. Johannes presb. de Zym ad present. Johannis, capellani Johannis prepositi Luthomericensis, Henrici militis dicti Kamik [?] et Jacobi dicti Kotmater procuratoris eiusdem Johannis prepositi nomine ipsius ad eccl. in Zaburnycz per obitum Clementis vac. fuit instit. Exec. pleb. in Bukow.

Hor. — Eadem die Johannes presb. de Tirbicz ad present. Vlrici Corczecz de Hermannicz, Miroselai pleb. in Cunczek Olom.

dioc., Bernhardi clientis de Hor et Sdimiri pleb. in Sebiezow ad eccl. in Hor vac. ex eo, quod Sdimirus predictus eccl. parr. in Sebiezow est assecutus, fuit instit. Exec. pleb. in Chyethobuz.

Skoroticz. — Die qua supra. Trzyborius Slawathe de Czyetouicz ad present. Przbislai archidiac. Belinensis nec non Jesconis de Wssyecholop et Jesconis de Skoroticz clientum in eccl. ibidem in Skoroticz per obitum Nicolai vac. fuit instit. Exec. dec. Vszcensis.

Czirmicz-Mirossouicz. — Die 11 Apr. Henricus olim pleb. in Czirmicz de consensu Vlrici clientis patroni in Mirossouicz ad eccl. in Mirossouicz vac. per resign. Michahelis olim pleb. ex causa permut., et ipse Michahel ad eccl. in Czirmicz de consensu magistri hospitalis in pede pontis Crucifer. patronorum vac. ut supra fuerunt instituti. Exec. Henrici pleb. in Robczicz et Michahelis pleb. in Holubicz.

Wilczicz. — Die 12 April. Timmso cler. natus Nicolai de Curia ad present. Bilmanni [?] militis de Wilczicz ad altare S. Nicolai ibidem in Wilczicz per mort. Nicolai vac. fuit instit. Exec. pleb. ibidem.

Lubsicz. — Die 13 April. Hanco cler. de Bidczouia ad present. abbatis de Sacro campo ad eccl. in Libsicz vac. ex eo, quod Laurencius eccl. parr. in Ronsperg est assecutus, fuit instit. Exec. pleb. in Ronsperg.

Mladieiw. — Die 17 Apr. Johannes de Skytal presb. ad present. Busconis de Hlubano militis nec non Wilhelmi et Henrici filiorum suorum indiuisorum ad eccl. in Mladieiw per mort. Pauli vac. fuit instit. Exec. pleb. in Polossicz.

Chiska. — Eadem die Otto Mathie de Tyn Vilthauensi presb. ad present. Petri, Jodoci, Vlrici et Johannis fratrum de Rosmberg ad eccl. in Chiska per obit. Ticzconis vac. fuit instit. Exec. pleb. in Nechwalicz.

Zwiewow. — Die qua supra Purchardus Kunadi de Wsewlk ad present. Benessii clientis de Chrast ad eccl. in Zwiewow per resign. Hrzemconis vac. fuit instit. Exec. pleb. in Dolino.

Mladieiw. — Die 19 Apr. Martinus Jacobi de Gyczin presb. ad present. Georgii militis de Mladieiw ad eccl. ibidem, per mort. Heynlini vac., fuit instit. Exec. pleb. in Losano.

Chrast — S. Johannis in Vado Prage. — Die 21 Apr. Nicolaus olim pleb. S. Johannis in Vado Maioris ciuit. de consensu Hane et Nicolai Benessaueri ciuium Prag. dictam suam eccl. pro eccl. in Chrast. et Nicolaus olim pleb. in Chrast suam eccl. cum prefato Nicolao pro eccl. S. Johannis in Vado de consensu Francisci decani OO. SS. in castro Prag. permutauerunt et fuerunt confirmati. Exec. Nicolai pleb. in Vado decanus ciuitatensis et Nicolao pleb. in Chrast pleb. in Kosteletz.

E. VIII. — Erzhezowicz. — Die 24 April. Zwiesto cler. de Pnyetluk ad present. nobil. Slauconis de Rysmburg ad eccl. in Erzhezowicz per mort. Johannis vac. fuit instit. Exec. pleb. in Wrany.

Lompnicz. — Eadem die Sbislaus de Vgezd cler. ad altare in Lompnicz ad present. nobil. Jarconis de Waldsteyn dom. in Scala vac. ex eo, quod Nicolaus olim ipsius rector aliud benefic. incompassibile est assecutus, fuit instit. Exec. pleb. in Nouauilla.

S. Pauli in Grecz. — Eadem die Mathias presb. de Nedelicz ad present. Nicolai dicti Krig ciuis in Grecz ad capellam S. Pauli et omnium fidel. defunctorum per mort. Frenzlini vac. fuit instit. Exec. pleb. S. Martini in suburbio eiusdem ciuit.

Mynicz. — Die 2 Maii. Johannes olim mansionarius maior in eccl. Prag. dictam suam mansionariam pro eccl. in Mynicz cum Bozdiechone olim ipsius pleb. de consensu Karoli imper. permutauit et ea sic vac. fuit instit. Exec. pleb. in Holubicz.

Schrekerdorf. — Eadem die Nicolaus Eundrami de Frankensteyn presb. Wrat. dioc. ad present. Johannis marchionis Morauiæ ad eccl. in Schrekerdorf vac. ex eo, quod Nicolaus aliam in Cunczindorf est assecutus, fuit instit. Exec. dec. Gla-censis.

Bozkow. — Die qua supra Ottico de Rozdialouicz presb. ad present. nobil. Boczconis de Cunstat nunc residens (sic) in Podiebrad ad eccl. in Bozkow per mort. Ade vac. est instit. Exec. pleb. in Semyl.

Odwicz. — Die 8 Maii Marquardus presb. de Krymaschow Neumburg. dioc. ad present. Henrici pleb. in Vdlicz ad eccl. in Odwicz per resign. Nicolai vac. fuit instit. Exec. pleb. in Preczebl.

Syrzieuicz. — Eadem die Chwaliborius de Trebenicz presb. Prag. dioc. ad present. Johannis dicti Susecz de Syrzieuicz clientis ad eccl. ibidem de Syrzieuicz per mort. Przibislai vac. fuit instit. Exec. dec. Trebenicensis.

Nehassicz. — Die 9 Maii Johannes Wernheri de Luna presb. ad eccl. in Nehassicz fuit instit. Exec. pleb. in Bythozowecz. Sed confirmac. literas non recepit, sed patroni debent concordare, qui sunt ponendi in litera. Soluit totum de literis.

Hlawatecz. — Eadem die Nicolaus Conradi de Vsk presb. ad eccl. in Hlawatecz vac. ex eo, quod Otto eccl. in Chiska est assecutus, fuit instit. Exec. pleb. in Sudmirzicz. Literas confirmac. non recepit, sed pro eisdem totum persoluit.

Wartmberg. — Die 10 Maii Johannes presb. de Nymans ad present. nobil. Wanconis de Wartmberg ad eccl. ibidem in

Wartmberg per mort. Hostislai vac. fuit instit. Exec. dec. Gablonensis.

Czuschen. — Eadem die Bruno de Hartinsteyn cler. Neumburg. dioc. ad present. Henrici militis et Henrici junioris dominorum in Wildenwels ad eccl. in Czuschen per mort. Jo. vac. fuit instit. Exec. pleb. in Habran.

Druzezcz. — Die 13 Maii. Andreas de Praga presb. minister capelle OO. SS. in castro Prag. ad present. Karoli imperat. ad eccl. in Druzezcz per mort. Conradi vac. fuit instit. Exec. dec. Orziechouiensis.

Pons. — Die 15 Maii Nicolaus profess. mon. Sderaziensis ad present. Nicolai prepos. mon. Sderaziensis ord. s. sepulcri dom. Iherosolym. ad eccl. in Ponte per resign. fratris Petri vac. fuit instit. Exec. pleb. eccl. S. Wenczelai in suburbio eiusdem ciuit.

Richnow. — Die 18 Maii Petrus Aybigi de Nouadomo presb. ad present. Petri, Vlrici et Johannis de Rosmberg fratrum ad eccl. in Richnow per mort. Jo. vac. fuit instit. Exec. pleb. in Dworzecz.

Lhota. — Eadem die Jacobus de Radnicz presb. ad present. Rinhardi de Welduch clientis ad eccl. in Lhota vac. ex eo, quod Purchardus eccl. parroch. in Zwyecow est assecutus, fuit instit. Exec. pleb. in Muta.

Kosteletz. — Die qua supra Johannes de Luna presb. ad present. Hinczonis de Kosteletz ad eccl. in Kosteletz per resign. Hanconis vac. fuit instit. Exec. dec. Vscensis.

Bedrzichouicz. — Die 24 Maii Stiborius de Mileouicz cler. Prag. dioc. ad eccl. in Bedrzichouicz per resign. Stephani vac. fuit instit. Exec. pleb. in Jancow. Sed literas confirm. non recepit. Soluit totum. Die 16 Aug. Stiborius recepit literam confirm. ad present. Sdeslai de Bedrzichowicz.

Zweboraz. — Die penult. Maii Nicolaus Henrici de Gablona ad present. Wanconis de Wartmberg ad eccl. in Zweboraz, vac. ex eo, quod Johannes eccl. in Wartmberg est assecutus, fuit instit. Exec. dec. Gablonensis.

Medonoss. — Die 5 Junii Wenczelus Hertlini de Duba ad present. Busconis, Jostonis et Ditmari clientum de Medonoss ad eccl. in Medonoss per mort. Wenczelai vac. fuit instit. Exec. pleb. in Wydym.

Necors. — Die 6 Jun. Johannes Petri de Boemicali Trebouia ad present. Czenconis de Potinsteyn domini in Santbach ad eccl. in Necors per mort. Mauricii vac. fuit instit. Exec. pleb. in Kunwald.

Chlum. — Die 7 Jun. Wenczeslaus de Holano presb. ad present. Henrici dicti Berka de Duba ad eccl. in Chlum per resign. Wenczeslai vac. fuit instit. Exec. pleb. in Paulouicz.

S. Leonardi in Praga. — Die 9 Junii Nicolaus Clinerii de Gera cler. Neumburg. dioc. ad present. Zeydlini institutoris, Jesconis de Monte, Leonis sartoris ciuium Prag. nec non Cune relicte olim Vitkonis de Monte ciuis Prag., tutorum et execut. vlt. voluntatis predicti Vitkonis de Monte, ad missam perpetuam super altari S. Wenceslai in eccl. S. Leonardi Maioris ciuit. predictae celebrandam, per dictos execut. de bonis eiusdem Vitkonis de nouo fundatam, fuit instit., cuius misse collatio ad predict. execut. tandiu, donec heredes dicti Vitkonis ad legit. non peruenerint etatem, dinoscitur pertinere. Exec. pleb. S. Michahelis eiusdem ciuit.

Pertoldiuilla. — Die 14 Jun. Nicolaus presb. de Choszczimi ad present. Diuisii abbatis Brunouiensis ord. S. Benedicti ad eccl. in Pertoldiuilla vac. ex eo, quod Terenczlinus aliam eccl. est assecutus, fuit instit. Exec. pleb. in Martiniuilla.

Dubnicz. — Die 20 Jun. Lutoldus de Gablona presb. Prag. dioc. ad present. Sobyehurdonis dicti Spaczko de Cuwolt clientis ad eccl. in Dubnicz vac. ex eo, quod Nicolaus eccl. in Sweborzicz est assecut., fuit instit. Exec. dec. Gablonensis.

Antiquus Fagus. — Die 20 Jun. Hrsco de Pogebrad presb. Prag. dioc. ad present. Nicolai de Imnicz [?] militis ad altare in eccl. S. Nicolai in Antiquo Fago vac. per mort. Johannis fuit instit. Exec. pleb. in Byelowiuilla [?].

Bohdancz. — Die 21 Jun. Bochunco de Naczessicz cler. Prag. dioc. ad present. nobil. Benardi de Cynburg ad eccl. in Bohdans vac. per mort. Vlrici fuit instit. Exec. pleb. in Zyuanicz.

Peczin. — Die 23 Jun. Paulus de Podiebrad presb. ad present. Hermannii dicti de Rychnow clientis ad eccl. in Peczin vac. ex eo, quod Wyschco aliam eccl. in dioc. Luthomislensi est assecutus, fuit instit. Exec. pleb. in Richnow.

Straskow. — Die 23 Jun. Wenczeslaus olim pleb. in Zacub de consensu archiepisc. ad eccl. in Straskow ex causa permut. cum Stephano olim pleb. in Straskow vac. fuit instit. Exec. dec. Rypensis.

Slywno. — Die 26 Jun. Wenczeslaus de Chorussicz presb. Prag. dioc. ad present. Hinconis de Slivna clientis ad eccl. in Slywna vac. per mort. Nicolai fuit instit. Exec. pleb. in Mezerzierz.

Novum forum alias Vteri. — Die 26 Jun. frater Johannes prof. mon. Teplensis ad present. abbatis Teplensis ord.

Premonstrat. ad eccl. in Vteri alias in Nouo foro vac. per resign. fratris Hermannii fuit instit. Exec. pleb. in Wiczzy.

Wodierad. — Die 3 Julii Nicolaus olim pleb. S. Martini in suburbio civ. Greczensis de consensu Galli archidiacon. Gradiensis, dicte eccl. patroni ad eccl. in Wodierad, et Johannes olim pleb. in Wodierad de consensu Miroslai dicti Sup, dicte eccl. in Wodierad patroni, ad eccl. S. Martini in suburbio ciuit. Greczensis fuerunt translati. Exec. Nicolao pleb. in Prziepych et Johanni pleb. S. Nicolai in suburbio Greczensi.

Pyrka. — Die 3. Jul. Petrus presb. de Pyrka ad present. Theodrici clientis de Alamstorph ad eccl. in Pyrka per mort. Henrici vac. fuit instit. Exec. pleb. in Comutaw.

Zakup. — Die 5 Jul. Stephanus olim pleb. in Strazcow de consensu Wanconis de Wartmberg et Andree clientis ad eccl. in Zacup, cuius collatio ad dom. de Wartmberg et Andream client. de Zacup dinoscitur pertinere, ex causa permut. cum Wenczeslao olim pleb. in Zacup vac. fuit instit. Exec. dec. Gablonensis.

Zakrawy-Bohussin. — Die 6 Jul. Johannes olim pleb. in Bohussin de consensu Hinconis de Duba dom. in Weyssmberg, dicte eccl. patroni, ad eccl. in Zacrawi et Johannes olim pleb. in Zacrawi de consensu nobilis Johannis dicti Jura de Kracouia (ad eccl. in Bohussin) dicte eccl. patroni, fuerunt translati. Exec. Johanni pleb. in Bohussin pleb. in Dobrzano et Johanni (altero) pleb. in Craui.

Nouauilla. — Die 6 Jul. Michael de Winorz presb. ad present. Pothe de Turgow ad eccl. in Nouauilla vac. ex eo, quod Johannes eccl. in Kozoged est assecut., fuit instit. Exec. pleb. in Lompnicz.

E. IX. — Juuenis Fagus. — Die 10 Jul. Hermannus de Teczin presb. ad eccl. in Juueni Fago per mort. Reiniskonis vac. ad present. Bolkonis ducis Swidnicensis de consensu imperat. tanquam regis Boem. fuit instit. Exec. dec. Curiensis.

Strakonicz. — Hermannus Caluus crucifer profess. ord. S. Johannis Iherosolymit. ad eccl. in Strakonicz per resign. fr. Andree vac. ad present. Galli de Lemberg prioris domorum per Boem. etc. fuit instit. Exec. pleb. in Radomisl.

Hradecz-Modrzan. — Item Hrocho olim pleb. in Modrzano ad perpetuam vicariam in eccl. in Hradecz de consensu Johannis Prag. et S. Egidii in Praga eccl. canonici, et Frenzlinus, olim perpet. vicarius vicar. predictae ad eccl. in Modrzano de consensu Marquardi canon. Wyssegrad. fuerunt translati. Exec. Francisco pleb. in Cunraticz et Hrochoni pleb. in Tusscow.

Vgezdecz. — Die 14 Jul. Andreas de Planycz presb. ad eccl. in Vgezdecz, per sententiam diffinitiuam per correctorem

cleri contra Przibislaum olim plebanum ibidem propter illicitum symoniacum contractum latam vac., ad present. Colmanni militis nec non Buzconis, Hugonis et Przibislai fratrum de Krzykawa fuit instit. Exec. pleb. in . . .

Schomburg. — Die 15 Jul. Wenczeslaus de Nouosedl presb. ad present. Karoli imper. ad eccl. in Schomburg per resign. Floriani vac. fuit instit. Exec. pleb. in Ponte.

Zalenyew. — Die 17 Jul. Petrus presb. Nicolai de Woyslauicz ad eccl. in Zaleniew per mort. Nicolai vac. ad present. Viczemilonis de Lhotka, Czaslauii de Wranow et Ruperti de Zalenyew clientum fuit instit. Exec. pleb. in Semonicz.

Palcz minor. — Die 17 Jul. Benessius de Quietkow presb. ad eccl. in Minori Palcz fuit confirmatus, sed confirmac. non recepit (Require literas in III. folio.).

Perucz. — Eadem die fuit confirmat. Zauissius ad eccl. in Perucz. Literas non recepit. Die 26 Aug. idem Zauissius recepit liter. confirm. ad present. Bohussii pleb. in Wirbna, Vnyconis et Tassonis clientum de Perucz et Kaczczze relicte olim Benessii de Praga.

Bezdiekow. — Die 20 Jul. Bohunco de Blathna presb. ad present. nobil. Basconis de Blathna ad eccl. in Bezdiekow, per resign. Benedicti vac., fuit instit. Exec. pleb. in Cadaw.

Kystra-Strharz. — Die 21 Jul. Vlricus olim pleb. in Strharz de consensu Wyenconis, Borzuthae et Ogerii clientum, dicte eccl. patron., ad eccl. in Kystra et Paulus olim pleb. in Kystra de cons. militis Vlrici purgrauii in Bezdiez nec non Henrici de Strzharz et Pauli de Libkouicz clientum ad eccl. in Stzharz (sic) fuerunt translati. Exec. Vlrico pleb. in Kystra pleb. in Radonicz et Paulo pleb. in Libyna.

Mssecz. — Die 24 Julii Ottyko in Oczyhow ad eccl. in Mssecz est confirmatus, sed nondum recepit literas suas.

Rupertiuilla. — Die 19 Jul. Johannes de Zitaunia cler. per mort. Petri vac. ad present. Nicolai commendat. Zitauiensis ad eccl. in Rupertiuilla fuit instit. Exec. dec. Zitauiensis.

Luk-Sobiessuk. — Die ultima Jul. Wolfardus olim pleb. in Sobiessuk ad eccl. in Luk ex causa permut. cum Buzcone pro eccl. in Luk de cons. Buzconis de Mer, Henzslini Sicz de Luk, Sdymerii de Wolkowy clientum, eccl. in Luk patron., et Buzco olim pleb. in Luk ad eccl. in Sobiessuk de cons. Benessii et Raczconis fratrum de Sobiessuk, eccl. in Sobiessuk patron. fuerunt instit. Exec. Wolfardo pleb. in Reswycz et Busconi pleb. in Zaboklic.

Luthomericz. — Die 1 Aug. Johannes Henyngonis de Luthomericz presb. ad present. Jo. prepos. Luthomer. dicti Ka-

myk ad capellam S. Wencesai in suburbio Luthomeric. per mort. Bartholomei vac. fuit instit. Exec. pleb. S. Stephani ibidem.

Luthomericz. — Eadem die Johannes Vlrici de Ypouicz ad present. Johannis dicti Kamik prepos. Luthomer. ad eccl. S. Johannis Baptiste in suburbio eiusdem ciuit. per mort. Bartholomei vac. fuit instit. Exec. pleb. S. Stephani ibidem.

Olesnicz. — Die 7 Aug. Valentinus de Gredis monachorum cler. ad present. Galli de Lemberg ad eccl. in Olesnicz per mort. Wencesai vac. fuit instit. Exec. pleb. in Bozkow.

Rywynus de Radyetin pleb. eccl. in Antiqua Pilzna habet gratiam super canonicatu eccl. Wyssegrad. et facti sunt sibi processus in forma debita. A. dom. millesimo ccc^o lxxiii^o die V Octobris.

Die 18 Jun. Johannes Wencesai de Lithuania rector parochialis eccl. in Malsicz habet gratiam specialem ad collacionem decani et capituli eccl. Wyssegrad. Facti sunt sibi processus in forma (debita). A. dom. 1360.

Ao dom. 1360 die 4 Aug. Johannes Thome de Merclin cler. Prag. dioc. habet gratiam ad collac. abbatis et conventus mon. Teplensis ord. Premonstr. Facti sunt sibi in forma debita processus, et eciam est sua gracia purificata.

Nicolaus natus quondam Pesoldi de Praga habet grac. in forma pauperum ad collac. magistri prouincialis et conuentus domus S. Francisci Cruciferorum cum stella in pede pontis Prag. ord. S. Augustini. Et facti sunt sibi processus in forma a. d. 1362 die penultima Augusti.

Krassielow. — Die 8 Aug. Johannes olim canon. S. Egidii Prag. ad present. militis Lypoldi de Drassow nec non Chvalonis clientis et Stoyslawe virginis de Krassilow ad eccl. in Krassilow per resign. Johannis ex causa permut. cum Johanne pro canon. et prebenda eccl. S. Egidii Prag. vac. fuit instit. Exec. pleb. in Czesticz.

S. Egidii Prage. — Item Johannes olim pleb. in Krasselow de canonicatu et preb. S. Egidii Prag. vac. per resign. Johannis predicti de consensu archiepisc. Prag. fuit prouisum (sic). Exec. dec. *ciuitatensis*.

Schonow. — Die 12 Aug. Nicolaus quondam Cunczlini de Zacz ad present. nobil. Petri de Michalsperg ad eccl. in Schenow per mort. Johannis vac. fuit instit. Exec. pleb. in Kempnicz.

Aduocatiuilla. — Die 17 Aug. Petrus Ticzkonis de Bernhardiuilla ad present. Wanconis de Wartenberg, summi regni Boem. pincerne, ad eccl. in Aduocatiuilla per mort. Mathe vac. fuit instit. Exec. pleb. in Warnoldiuilla.

Wyntyierzow. — Die 17 Aug. Mathias de Meireting (?) presb. ad present. Wiconis de Wyntyierzow militis ad eccl. ibidem per mort. Karoli vac. fuit instit. Exec. pleb. in Cogieticz.

Wrchlab — Die 17 Aug. Johannes Corradi de Grecz presb. ad present. Hasconis de Wrchlab militis ad eccl. ibidem ex eo, quod Hermannus eccl. in Juueni Fago est assecutus, vac. fuit instit. Exec. pleb. in Gilempnicz.

Luthomericz. — Die 17 Aug. Corradus canon. regul. ord. S. Augustini profess. mon. S. Johannis Ewang. in Walt-hausen Patauiensis dioc. ad present. Karoli imperat. ad eccl. in Luthomericz per mort. Haymanni vac. fuit instit. Exec. pleb. S. Stephani ibidem.

Vgezdecz. — Die 30 Aug. Johannes de Libochouicz presb. fuit instit. ad eccl. in Vgezdecz per mort. Friderici vac. exec. pleb. in Busczeuicz, sed confirm. literas non recepit.

Tman. — Die 21 Aug. Swacho presb. de Chodeczow ad present. Miliczii sacriste Prag. ad eccl. in Tman per mort. Wseslai vac. cuius juspatron. racione sacristie ad ipsum per-tinet, fuit instit. Exec. pleb. in Tetin.

Wrssouicz. — Eadem die Petrus presb. de Bidczouia ad eccl. in Wrssouicz per resign. Thobie vac. fuit instit. Exec. pleb. in Zabelicz. Literas confirm. non recepit.

Struppin. — Die 22 Aug. Nicolaus Jenhlini de Cruppis presb. ad present. Rudolphi de Honburg, prouincialis per Boem. et Morauiam ord. fratrum dom. Theutonice, ad eccl. in Struppin per mort. Martini vac. fuit instit. Exec. pleb. in Lapide regis.

Bertoldiuilla. — Eadem die Johannes cler. de Bessa ad present. Wilhelmi militis et Henrici clientis fratrum german. de Elgericz ad eccl. in Bertoldiuilla per mort. Nicolai vac. fuit instit. Exec. pleb. in Wernheriuilla.

Gotlauiia. — Die 23 Aug. Conradus de Pirnis cler. Misn. dioc. ad present. nobil. Popponis de Kokerwicz ad eccl. in Gotlauiia per mort. Petri vac. fuit instit. Exec. pleb. in Mar-quardiuiilla.

Cladrana Monatica. — Die 25 Aug. Frater Henricus profess. mon. Teplensis ad present. Eringni abbatis Teplensis ad eccl. in Monatica Cladrana per mort. fr. Laurencii vac. fuit instit. Exec. pleb. Teplensis.

S. Johannis in Vado Prage. — Die 26 Aug. Andreas olim vicar. decani Prag. ad eccl. S. Johannis in Vado fuit per modum commutacionis instit., sed literas non recepit confirm.

Rossoch. — Die 16 Aug. Wernherus Henrici de Rosin-berg presb. ad present. Petri et Jodoci ac aliorum fratrum de Rosmberg ad eccl. in Rossoch per resign. Petri vac. fuit instit. Exec. pleb. in Wapna.

E., X. — Otto Conradi cler. Prag. hab. grac. ad collac. archiep. Prag. de beneficio ecclstico cum cura vel sine cura, et etiam purificata est gracia sua et processus sunt facti, a. d. 1359 die 4 Jan.

Stephanus Hanconis de Praga hab. grac. ad coll. abbatis in Cladrana. Purificata est gracia sua et facti s. sibi processus ao. d. 1359 die 4 Febr. — Nichil de processu, sed promisit dare vnum florensem postquam adeptus fuerit beneficium.

Wenceslaus Symonis de Radotyń hab. grac. ad coll. abbatis in Wylemow, cuius gracia est purific. et facti s. sibi processus ao. d. 1359 die 4 Febr. — Et pro sigillatione dicti processus, postquam adipiscetur beneficium, promisit dare vnum florensem.

Jacobus presb. de Masczow hab. grac. ad coll. abbatis in Cladrana. — Purificata est grac. sua et processus sunt sibi facti sub data Rudnicz ao. d. 1359 die 8 Febr. — Concordauit pro solutione pecuniarum. Tenetur 6 gross. cum fuerit adeptus beneficium.

Petrus Conradi de Lompnicz cler. ad coll. magistri crucifer. cum stella domus S. Franc. in pede pont. Prag. hab. grac., et purific. est gracia sua, sunt etiam processus sibi facti. Ao. d. 1359 die 5 Febr.

Busco natus Nicolai de Piesca cler. ad coll. abbatis mon. S. Corone Cysterc. ord. etc. etiam hab. gratiam, cuius gracia est purific. Sunt etiam sibi facti processus in forma consueta ao. d. 1359 die ultima Febr. Qui pro literis suis promisit dare vnum florensem, quando beneficium ecclsticum fuerit adeptus.

Wenceslaus Johannis de Babicz hab. grac. ad coll. mon. Breunouiensis. Purificata est grac. sua et processus facti.

Johannes natus quondam Galli de Czyenouicz cler. hab. grac. ad coll. prepositi et priorisse in Lunouicz ord. Premonstrat. Purific. est grac. sua et facti processus ao. d. 1359 die 7 Maii.

Nota, quod Petrus, qui fuit instit. ad eccl. in Columpna, presentatus per Henricum militem de Ribnicz, cuius institutio fuit de ao. 1358 die 23 Marcii, petiuit die S. Ambrosii recipi ad ordinem subdiaconatus, videlicet ao. 1359 pro ordinibus, quum cantatur Sicientes.

Johannes natus quondam Vlrici de Ronow cler. hab. grac. ad coll. abbatis mon. in Nepomuk ord. Cysterc. Purificata est grac. sua et facti processus ao. 1359 die 17 Junii.

Johannes natus Karoli de Radnicz cler. hab. grac. ad coll. abbatis mon. Gradicensis ord. Cisterc. Purificata est grac. sua et facti processus sub data in Pellirzimow ao. 1359 die vltima Junii.

Jacobus Stanate cler. hab. graciam ad coll. dec. et capituli eccl. Wysesgrad. et purificata est gracia sua et facti processus ao 1359 die 13 Julii.

Johannes natus quondam Martini de Praga pauper cler. Prag. ad coll. abbatisse mon. S. Georgii in castro Prag. ord. S. Benedicti habuit graciam et gracia fuit sibi purificata et facti processus ao 1359 die 18 Octobris.

Albertus Swatoslai de Nouaciuitate cler. Olom. dioc. hab. grac. ad coll. prepositi Sderasiensis ord. sacrosancti Sepulcri dominici, que grac. fuit sibi purificata et facti processus ao 1359 die 4 Novembris.

Ao 1360 die 20 Jul. facti sunt processus pro Rudolpho et Johanne clericis, familiaribus domini imperatoris. Et mag. Henricus procurator consistorii promisit, quod uelit ordinarie satisfieri pro literis predictis.

Vsk super Albea. — Die 28 Aug. Henricus quondam Alberti de Haliborn [ad eccl. in Vsk super Albea] per mort. Johannis vac., ad collac. regis Boemie fuit instit. Exec. pleb. in Turmnicz.

Schonaw. — Eadem die Nicolaus de Hostka presb. ad eccl. in Zyezicz, per mort. Petri vac., per Vitum de Zelechouicz fuit instit. Exec. pleb. in Valtheriuilla.

Sanau [?]. — Die qua supra Czaslaus presb. de Rakonik, per mort. Nicolai vac. per nobiles Bohunconem de Sprinberk, Jaroslaum, Petrum et Budyuogium fratres de Sanau ad eccl. ibidem in Sanau fuit instit. Exec. pleb. in Syenomat.

Drahoraz. — Die ultima Aug. Petrus Oczasonis de Sazad cler. ad present. Jesconis dicti Kapr de Trzyewacz ad eccl. in Drahoraz, per mort. Johannis vac., fuit instit. Exec. dec. Giczinensis.

Hodcouicz. — Die predicta Petrus de Swietla presb. ad present. nobilium Johannis senioris et Johannis filii ipsius de Drazicz ad eccl. in Hodcouicz, per mort. Wenceslai vac., fuit instit. Exec. pleb. in Letarzouicz.

Grecz. — Die 4 Septembris Franciscus presb. Pernoldi de Cubito ad present. Misiconis dicti Policzer cuius in Grecz nunc in Montibus Cuthnis ad altare S. Crucis ibidem in Grecz, per mort. Hanconis vac. fuit instit. Exec. pleb. S. Martini in suburbio eiusdem ciuit.

Malcouicz. — Eadem die Sdenco Wanconis de Nesmyen cler. ad present. Marquardi dicti Sobiessin de Malcouicz ad eccl. in Malcouicz, per mort. Mathie vac., fuit instit. Exec. pleb. in Skwurnyeiow.

Lybchauia theutunicalis. — Die qua supra Martinus olim pleb. in Libental Luthomysl. dioc. ad eccl. in Theutunicali

Liwchawia, per resign. Francisci vac., de consensu Smilonis de Brandis clientis, dicte eccl. patroni, fuit instit. Exec. pleb. in Boemicali Lywchouia.

Mor. — Die 6 Sept. Sebastianus presb. de Tesnyeiowess ad present. Busconis clientis in Mor ad eccl. ibidem, per mort. Martin vac. fuit instit. Exec. pleb. in Knyezycz.

Dubrauciz. — Die 9. Sept. Johannes de Teplicz presb. ad present. hon. matrone Margarethe de Dubrauciz ad eccl. in Dubrauciz, per mort. Petri vac., fuit instit. Exec. pleb. in Teplicz.

Sazada. — Die 11 Sept. Bartholomeus presb. de Bukowan ad present. Johannis de Teczin dicti de Wartmberg ad eccl. in Sazada per mort. Viti [?] vac. fuit instit. Exec. pleb. ad OO. SS. in Luthomeriz.

Miressouicz. — Eadem die Blasius de Tussen presb. ad present. Stanconis, Vlrici, Waltheri et Kwyetkonis fratrum clientum de Miressouicz ad eccl. ibidem, per mort. Henrici vac. fuit instit. Exec. pleb. in Mirsliz.

Lossan. — Die qua supra Wenceslaus presb. de Przewor ad present. Henslini cuius in Montibus Cuthnis ad eccl. in Lossano, per mort. Johannis vac. fuit instit. Exec. pleb. in Kbel.

Vsk. — Die 15 Sept. Stanislaus de Lissa presb. ad eccl. S. Adalberti in Vsk ad present. imperat., per mort. Hermanni vac. fuit instit. Exec. pleb. in Vsk.

S. Galli Prage. — Eadem die Troyanus Jacobi de Wynorz presb. ad present. Mathie de Turri cuius Prag. ad altare SS. Symonis et Jude in eccl. S. Galli Maioris ciuit. Prag., per mort. Fridlini vac., fuit instit. — Exec. pleb. in Leta curia.

Tirchow. — Die qua supra Nicolaus natus Heymanni de Zitauiia cler. ad present. Alberti militis de Tirchow, dicti de Opol, ad eccl. in Tirchow, per resign. Petri vac. fuit instit. Exec. dec. Zitauiensis.

Slussicz. — Die 18 Sept. Andreas de Praga presb. ad present. Dominici dicti Rost cuius Prag. ad eccl. in Slussicz, per mort. Andree vac., fuit instit. Exec. dec. Riczanensis.

Syerzyeuciz. — Die qua supra Johannes de Teplicz cler. ad present. Jesconis dicti Sussecz de Syerzyeuciz ad eccl. ibidem, per mort. Chwaliborii vac., fuit instit. Exec. pleb. in Czyescouicz.

Bezdyez. — Die 19 Sept. frater Gallus presb. profess. mon. S. Karoli canonic. regul. Noue ciuit. Prag. ad present. Anthonii abbatis mon. predicti (ad eccl. in Bezdyez), per mort. Symonis vac., fuit instit. Exec. abbas predictus.

Stupna. — Die 19 Sept. Franciscus presb. de Byelcz ad present. nobilis Ottonis de Chrast (ad eccl. in Stupna), per mort. Johannis vac., fuit instit. Exec. pleb. ad S. Crucem in Vgez

Liborzicz. — Die qua supra Johannes de Slana presb. ad present. Nicolai prepos. Rudnicensis canonic. regul. ord. S. Augustini ad eccl. in Liborzicz, per mort. Nicolai vac. fuit instit. — Exec. pleb. in Mecholup.

Lhota Petri. — Die 20 Sept. Johannes de Suchdol presb. ad present. imperat. ad eccl. in Petri Lhota, per mort. Johannis vac., fuit instit. Exec. pleb. in Borowtitz (sic).

Chomla. — Die 22 Sept. Petrus de Chrast cler. ad present. Ottonis ibidem in Chrast ad eccl. in Chomla, vac. per mort. Mathie, fuit instit. Exec. pleb. in Radnicz.

S. Leonardi Prage. — Die 13 Sept. Nicolaus de Czrnouicz presb. ad present. Karoli imperat. ad eccl. S. Leonardi, per mort. Vlrici vac., fuit instit. Exec. pleb. S. Nicolai.

F. I. — Harnedorf. — Die 23 Sept. Nicolaus Friczconis de Byelina presb. ad present. Vlrici clientis de Myrssouicz ad eccl. in Harnedorf, vac. per mort. Peczoldy, fuit instit. Exec. pleb. in Koyn.

Neuwenrod. — Die qua supra Johannes presb. de Glacz ad present. Katherine de Dony ad eccl. in Neuwenrod, vac. per mort. Johannis, fuit instit. Exec. pleb. in Wlpertiulla.

Myestecz. — Die qua supra Nicolaus presb. de Hostiucz ad present. Karoli imper. ad eccl. par. in Myestecz, vac. per resign. Lupi, fuit instit. Exec. pleb. in Sbeczna.

Bohuslaw. — Die 25 Sept. Henricus de Wellasmilts (?) presb. ad present. imperat. ad eccl. in Bohuslaw, per mort. Petri vac., fuit instit. Exec. pleb. in Przymda.

Olesnicz. — Eadem die Wenceslaus de Rozdialouicz presb. ad present. Hasconis de Lemberg ad eccl. in Olesnicz, per mort. Valentini vac. fuit instit. Exec. pleb. in Bozkow.

Nachod. — Die qua supra Mirko de Gerzicz cler. ad present. Hinconis de Duba dom. in Nachod ad altare S. Dorothee in eccl. S. Laurentii in Nachod, per resign. Milothe vac. fuit instit. Exec. pleb. in Dubenyn.

Strassicz. — Die qua supra Wenceslaus Anthonii de Podiebrad presb. ad present. imperat. ad eccl. in Strassicz, per resign. Stanislai vac., fuit instit. Exec. pleb. in Stochow.

Neydek. — Die qua supra Jacobus de Cubito cler. ad present. Henrici dicti Plico de Neydek ad eccl. in Neydek, per resign. Nicolai in manus dec. Cubitensis factam vac. fuit instit. Exec. pleb. in Codaw.

Chodones. — Die qua supra Johannes dictus Pess presb. ad present. imperat. ad eccl. in Chodonibus ad S. Crucem, per mort. Petri vac. fuit instit. Exec. pleb. in Plana.

S. Kylianus prope Insulam. — Die 26 Sept. frater Cwalico, profess. mon. in Insula, ad present. Divissii abbatis

ibidem in Insula ad eccl. S. Kyliani prope mon. in Insula, per mort. Marquardi vac. fuit instit. Exec. pleb. in Trnowan.

Kumpolcz. — Die 27 Sept. fr. Nicolaus profess. mon. Syloensis ord. Premonstr. ad present. Bohuslay mon. predicti (abbatis) ad eccl. in Kumpolcz, vac. ex eo, quod Woychardus eccl. in Iglauia Olom. dioc. est assecutus, fuit instit. Exec. pleb. S. Petri ante mon. Syloense.

Weliss. — Die ultima Sept. fr. Fridricus profess. mon. in Insula ord. S. Benedicti ad present. Diuissii, abbatis mon. predicti, ad eccl. in Welyss, vac. per resign. fr. Mstyslai, fuit instit. Exec. pleb. in Poczapl.

Ryтин. — Die 2 Oct. Otto presb. de Teplicz ad present. Conradi et Jesconis clientum de Ryтин ad eccl. in Ryтин, per mort. Mathie vac., fuit instit. Exec. pleb. in Borislav.

Ebrharstorf. — Die 2 Oct. Bartholomeus cler. de Mylyczan ad present. Benessii de Wartmberg alias de Teczin ad eccl. in Ebrharstorf, per mort. Theodrici vac., fuit instit. Exec. pleb. in Chlumek.

Prziesnicz. — Die 2 Oct. Nicolaus de Slakenwer presb. ad present. nobil. Fridrici de Birssestein ad eccl. in Prziesnicz, per mort. Johannis vac. fuit instit. Exec. pleb. in Claustrello.

Roseblicz. — Die 2 Oct. Johannes de Teczin presb. ad present. Jesconis de Wartmberg alias de Teczin ad eccl. in Roseblicz, per mort. Hermanni vac., fuit instit. Exec. pleb. in Schonborn.

